



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MDLX. ad annum MDCXXIII.

**Parisiis, 1644**

Indictio Fvtvri Concilii Qvinti Provincialis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15522**

ANNO  
 CHRISTI  
 1576.  
 INDICTIO FUTVRI CONCILII  
 QVINTI PROVINCIALIS.

*Carolus miseratione diuina tituli sanctæ Praxedis sanctæ Roma-  
 næ ecclesiæ presbyter cardinalis, sanctæque Medio-  
 lanensis ecclesiæ archiepiscopus.*

**O**MNIBVS & singulis reuerendissimis dominis epi-  
 scopis, qui hic adfunt, & Synodo prouinciali Medio-  
 lanensi, quacumque ratione interesse debent, omnibus-  
 que item capitulis, & ecclesiarum cathedralium procura-  
 toribus, indicimus, significamus, denuntiamus, & inti-  
 mamus, proximam sequentem Synodum prouincialem  
 Mediolanensem quintam Deo omnipotente auctore, &  
 ad eius laudem, hac eadem in vrbe, hoc ipso loco, anno  
 1579. die septima mensis Maii proxime sequentis, qui  
 dies erit feria quinta dominicæ secundæ post pascha resur-  
 rectionis Domini nostri Iesu Christi, inchoandam & cele-  
 brandam esse. Quamobrem eos omnes, & singulos reue-  
 rendissimos dominos episcopos monemus: procuratores  
 vero ecclesiarum cathedralium inuitamus, vt eo die ad Sy-  
 nodum prouincialem quintam, iuuante Deo, Mediolani  
 celebrandam, constituto, hic omnino interfint, nisi diem  
 celebrationis ipsius Synodi aliqua ex causa a nobis proro-  
 gatum fuisse nostris ad eos datis literis intellexerint. Quod  
 si ipsorum reuerendissimorum episcoporum nostrorum  
 aliquis legitimo tunc detentus erit impedimento, nun-  
 tium, procuratoremve ad se excusandum, atque ad id  
 impedimentum probandum, ad nos mittat; cui etiam fa-  
 cultas ab ipso detur, ea omnia, & singula, nomine suo &  
 ecclesiæ suæ recipiendi, quæ, diuina gratia auxiliante, in  
 ipsa Synodo a nobis de consilio & assensu reuerendissi-  
 morum coepiscoporum nostrorum constituentur, decer-  
 nenturve.